UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Epistolai tu hagiu Isidōru tu Pēlusiōtu

Isidorus <Pelusiota>

Parisiis, 1585

Donato. 208.

urn:nbn:de:hbz:466:1-71898

Visual Library

Martyrio. 207.

Matt. 18. Cùm Dominus id à nobis expoſcit, vt ad puerorum ſimilitudinem accedamus, non id à nobis exigit, vt ad infantiam redeamus, quemadmodum ipſe, Nicodemi inſtar, exiſtimas: verùm vt improbitatem abiuremus, ſicque nos comparemus, vt puerilis in nobis ſimplicitas inſit. Atque hoc per ea quæ dixit, oſtẽdit. Nõ enim dixit, Niſi paruuli efficiamini: ſed, ſicut paruuli: nimirum per huiuſce particulę, ſicut, acceſſionem, rei imitationem declarans.

Ioan. 3.

Quid ſit paruulum effici.

Μαρτυρίῳ. σζ.

Οὐχ ἡλικίας ὑποστροφὴν τὴν πρὸς τὰ παιδία ὁμοίωσιν ὁ κύριος ἀπαιτεῖ, ὅπερ αὐτὸς νομίζεις, ὡς ὁ Νικόδημος, ἀλλὰ τῆς κακίας τὴν ἄρνησιν ὡς παιδιώδη ἡμῖν ἐνυπάρχειν ἁπλότητα. καὶ τοῦτο δι' ὧν ἔφησε δείκνυσιν, οὐκ εἰπὼν, Ἐὰν μὴ γένηθε παιδία, ἀλλ' ὡς τὰ παιδία, τῇ τοῦ, ὡς, προσθήκῃ, τὴν μίμησιν ἐμφαίνων τοῦ πράγματος.

Donato. 208.

Ne legitimum imperium inconditis atque incõcinnis moribus barbarum reddas: verùm rebus ipſi conſentaneis exornes: mœſtis videlicet lenitatem, minoribúſque cum maioribus æquabilitatem impertiens. Ac tum præclarum æquitatis & iuſtitiæ ignem accende, ſiquidem prælucentis iuſtitia probi imperij ac præfecturæ igniculus eſt.

Δονάτῳ. ση.

Μὴ τὴν ἔννομον ἀρχὴν τοῖς ἀναρμόστοις ἤθεσιν ἐκβαρβάρου, ἀλλὰ τοῖς πρέπουσιν αὐτῇ πράγμασι κατακόσμει, πρᾳότητος μεταδιδοὺς τοῖς ἀθύμοις, καὶ ἰσότητος τοῖς ἥττοσι πρὸς τοὺς μείζους, καὶ τότε λαμπρὸν ἐξάψεις πυρσὸν τῆς εὐνομίας· ὑπέκκαυμα γάρ ἐστι δικαιοσύνη τοῦ φωστῆρος τῆς εὐαρχίας.

Theognoſto. 209.

Si quid materiæ proprium, ſi quod erroris inſtrumentum, ſi quod impoſturæ ſimulacrum inteſtina ſocordia nobis iniecit, hoc Dominus ad vitij architectum & effectorem à nobis proiici vult. Contrà, ſi quod virtutis ſymbolum, ſi quod honeſtatis inſigne, ſi quod vigilantiæ atque cautionis lucrum, hoc Dei beneficio nobis contigiſſe exiſtimare ac perſuaſum habere, debitámque laudem ipſi offerre. Id enim eſt quod ait, Reddite quæ ſunt Cæſaris,
Matt. 22. Cæſari: & quæ ſunt Dei, Deo.

Θεογνώστῳ. σθ.

Εἴ τι τῆς ὕλης ἴδιον, εἴ τι πλάνης ἐφόδιον, εἴ τι ἀπάτης εἴδωλον ἐν ἡμῖν, ἡ ἔνοικος εἰσέφρησε ῥαθυμία, τοῦτο τῷ δημιουργῷ καὶ ποιητῇ τῆς κακίας ἐπιρρίπτεσθαι παρ' ἡμῶν ὁ κύριος βούλεται. εἴ τι δὲ ἀρετῆς σύμβολον, εἴ τι σεμνότητος γνώρισμα, εἴ τι νήψεος καὶ ἀσφαλείας ἐμπόρευμα, τοῦτο θεοῦ καὶ ἡγεῖσθαι καὶ πεπεῖσθαι τυγχάνειν δώρημα, καὶ ἀξίαν αὐτῷ προσκομίζειν τὴν αἴνεσιν. τοῦτο ἐστιν ὅ φησιν, ἀπόδοτε τὰ Καίσαρος Καίσαρι, καὶ τὰ τοῦ θεοῦ τῷ θεῷ.

Chriſtodoro. 210.

Poſtremæ temporum neceſſitatis ſigna, quæ Dominus ad cognitionem noſtram patefecit, vt tibi explanarem, per literas poſtulaſti. Horum igitur vim paucis acci-
Matt. 24. pe. Qui in Iudæa ſunt, fugiant ad montes:

Χριστοδώρῳ. σι.

Τῆς τελευταίας τῶν χρόνων ἀνάγκης τὰ σημεῖα, ἅπερ ὁ κύριος πρὸς εἴδησιν ἡμῶν ἀπεκάλυψε, σαφηνισθῆναί σοι ἀξιώσας διὰ τοῦ γράμματος, ταχέως τὴν τούτων μάνθανε δύναμιν.

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN